



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

SS. Herlindid & Renildis. Concors pietas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)

natus
cum
e solus
on scio
ecu vi-
nudum
d subje-
ris sen-
nciscus
vit, Ibi
dificavit
assinum
se colle-
miraculis
tilæ Go-
rtis sue
bit, quo
copi Ca-
e viderat
eam Pa-
serit mi-
a Longo-
n tunc S.
arrarum
mandat
cor tuu
v. 2.



SS. HERLINDIS & RENILDIS.

Concors pietas.

Deus, qui sanctis sororibus HERLIN-
DI & RENILDI dedisti, concordi re-
ligionis studio, præesse simul & pro-
desse; fac ut simili pietate unanimes, &
in tuo quoque servitio stabiles, ipsis
intercedentibus comprobemur.

Ora pro sacris parthenonibus

Parentibus in Brabantia nobilibus, Adalardo & Grimuara, natæ Virgines HERLINDIS & RENILDIS, cum in parthenone Valencenensi essent aliquamdiu pie educatæ, revocatæ in patriam sunt, sacro velo sumpto consecrandæ Deo istic, ubi sibi parentes sepulcrum, ipsis domicilium ædificarent. Ad id inventus prope Mosan idoneus est locus, Eyka à quercu dictus, qui dum instruitur ædificiis opportunè volupe erat videre delicatas ac nobiles puellas, saxa ulnis, sabulum sinu convehentes. Florebant tunc SS. Willibrordus & Bonifacius Episcopi, ab an. 718 ad 739, qui in conversione Gentilium occupati, qui Eykam divertentes, ambas ordinavit Abbatissas; prius fortassis HERLINDEM; hac intra annos non multos 12 Octobr. defuncta, REINILDEM; quando alterutrius precibus vinum multiplicatum legitur. Posterior admodum grandis natu monasterium diu rexit, defuncta q; fuit 8 Febr. Cum autem Franco Leodiensis Episcopus seculo novam dedicasset ecclesiam; utriusque ossa hac die transtulit in argenteam capsam.

Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Matt. 18.